Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

omnem carnem et ppliabuntur. et dabo prodigia in
celo sursum et signa in terra deorsum sanguinem et
ignem et vaporem fumi. Non enim poterant non
ardere et non fumare quos tantus sancti spiritus
ignis succendebat. Sic enim per fumum ignis
adesse monstrat. Ita per uerbum constantia per
linguarum diuisionem/ sancti spiritus in apostolorum cordibus
ardere monstrabatur. Beati illi qui sic ardere me
rentur. Stupebant enim omnes et mirabantur
dicentes/ Nonne ecce omnes isti qui loquuntur
galilei sunt. et quomodo nos audiuimus unusquisque
lingua nostra loquentes? Hic igitur fumus mon
strabat cuius quantus qualisque ignis
arderet in eius/ Sequitur Et ecce mons omnis
terribilis et sonitus buccine paulatim crescebat
in maius et plurius tendebatur. Moyses loq
batur et dominus respondebat ei. Cum enim mos
iste idest populus aliquis non indebatur esse terribilis
qui vsque prius insanos et uix unum lingue
purus nisi obiurgans loquendo audiebat. Ita
crescebat autem sonitus buccine et proliuius ten
debatur. quia apostolorum uox et predicatio paulatim
profitiens crescebat et longius audiebatur.
donec in omnem terram exiuit sonus eorum et
in fines orbis terre uerba eorum. Hec est enim illa
buccina cui dicitur Clama ne cesses qui tuba
exalta uocem tuam. Moyses autem loquebatur et dominus
respondebat ei. quia predicantibus apostolis eorum
corda dominus respondendo docebat. Siquidem non
ipse sed dominus loquebatur.

Descendit quoque dominus super montem Sinay in
ipso montis uertice et uocauit Moysen in
cacumen eius. Stat autem dominus super uertice
montis Sinay per quem Syon intelligitur de quo
ipse ait. Ego autem constituor sum rex super Syon
montem sanctum eius. Ibique in ipsum eiusdem cacumen Moy
sen uocauit. per quem apostolica figuratur. qui super um
uersam ecclesiam per apostolorum aliquos per
ceteros possidet sedes. Dixitque ad eum. Descen
de et contestare populum ne forte uelint tran
scendere terminos ad uidendum dominum et pereat
ex eis plurima multitudo. Terminos namque
transcendere sacerdotes ecclesiastici dignitates et dum nolunt ita
tem usurpare. Stet igitur unusquisque in suo or
dine. neque prius quam uocetur in dictum sibi ter
minum transcendere uelit. Sacerdotes quoque
et populi qui accedunt ad dominum sanctificentur ne per
cutiat eos. Hoc est enim quod apostolus ait. Deo
incertus nos multum infirmi et imbecilles et
dormiunt multi. Si enim nos metipsos iudi
caremus non utique iudicaremur. Timeat igitur
ne punitatur qui non sanctificatur ad dominum ac
cedere presumit. Accessit enim rex oratias et lep
prissimus est. Accesserunt filii Aaron et mortui
ceciderunt. Accessit Dathan et Abiron et de
uorauit eos terra. Accessit Oga ad amen et prus
sus a domino interiit. Sequitur Vade descende.
Ascendesque tu et Aaron tecum. Sacerdotes autem
et populi ne transeant terminos nec ascendant
ad dominum ne forte interficiat illos. Hoc au
diant sacerdotes et suis terminis otenti
illuc ascendere non presumant quo soli Moy
ses et Aaron iubentur ascendere. Alius enim
episcopis quam sacerdotibus ascendere concedit. et quam
dei secretorum agere episcopi que ceteris sacerdotibus
agere non licet. Descendit quoque Moyses ad
populum et omnia narrauit eis. Sic enim et
apostoli quecumque audierunt a domino narrauerunt
nobis. Locutusque est dominus cunctos sermones
hos. Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te
de terra egipti et de domo seruitutis. Hos autem
sermones cum dominus loqueretur cunctis populis audie
bantur. Hec enim sunt decem uerba legis in quibus
tota lex quodammodo continetur. Que quidem
cunctis audientibus primum in monte loquutus
est postea uero hos in tabulis lapideis scripsit. quam primas tabulas Moyses iratus con
fregit. In principio autem locutionis dixit eos
quis sit. dicens ego sum dominus deus tuus. cui
tu non immerito obtempare et timere debes. quam
ego eduxi te de terra egipti et de domo seruitutis.

Non habebis deos alienos coram me. Hoc est enim primum mandatum in quo omnes
diabolum. et unum et uerum deum adorari
iubet. qui ubique est. in cuius conspectu astat
omnis creatura. Et ideo dicit coram me. quod
coram eo non fit nusquam fit. Pro hoc mandato et sancti apostoli et ceteri martires sunt
interfecti. Merito igitur primum primum utpote quod
prius defendere necesse erat.

Secundum autem mandatum est Non facies
tibi sculptile. In quo idolorum et
similitudo omnium religio euacuatur. Neque
omnem similitudinem que est in celo sicut
solis lune et stellarum et que in terra deorum
sunt. ut saturni Jouis et mercurii. Nec ce
tum que sunt in aquis ut Neptunum et Nym
pharum. Et que sub terra ut plutonis Tha
ron

Hoc est primum mandatum legis per cuius definitionem omnes apostoli et martires occisi sunt

Secundum mandatum per quod omnia idola et simulacra exterminantur.

Non quia illos qui non volunt Dei esse omnipotentis deos dicunt